

Bexta etas mundi

Anno mundi. 5483.

Anno xpi. 284.

Marcellinus papa natione romanus patre pieto diocletiani et maximiana in temporibus fuit post gatum pontifex: hic sexto pontificatus anno in diocletiani persecutione seivente a carnificibus captus: ad sacrificia gentium ductus: cum minis instarent carnifices ut thura deus exhiberet: metu perterritus deos alienos adoravit. quo facto haud multo post in se reuersus habito scilicet centum et lxxx episcoporum in sinuessa urbe campanie: eo et marcellinus squalidus et puluerulentus ac cilicio indutus proficiscitur: petitque ut sibi pro incostantia debita pena tribuatur: qui eum danaret in tanto concilio nemo unquam inuentus est. Cum dicerent omnes: ea ferme ratione petrum peccasse. ac flendo peccati penam luisse. Rediit romam marcellinus. iratus diocletianum adiit hominesque increpat quod se impulerit deus gentium imolare. Ducit ad martirium diocletiani iussu marcellinus cum claudio: cyrino antonino christifidelibus. Intereundum vero marcellum presbiterus admonet ne diocletiani precepti obtemperet in rebus maxime ad fidem pertinentibus: neue corpus suum sepulture traderet quod dixerat ob negatum saluatore se id nequaquam mereri horum aut simul intereptorum corpora diocletiani iussu ad dies. vi. et xxx. insepulta iacuerunt via publica. unde petri apostoli iussu quod marcello in somnis apparuit via salaria cimiterio



priscille sepeliunt sexto kal. maias. sedit autem annis. ix. menses. ij. diebus. xvi. Vacat tum sedes dies quinq; et viginti.

Anno mundi. 5495.

Anno xpi. 294.

Marcellus papa natione romanus patre benedicto ex regione vie late a constantino et galerio usque ad maxentium puenit. Is licet multorum turbis vexatus diuino tamen cultui intentus: constituit ne quis generale concilium celebrare posset sine speciali sedis apostolice auctoritate. Priscilla quae matrona romana eius suasu impulit cimiterium suis sumptibus via salaria construere. titulos quoque et viginti in urbe roma constituit. quasi dioceses ad commoditatem baptismi: et opportunitatem eorum quae ad fidem ex gentibus quotidie veniebant. Consultum iri: et eo modo sepulturis martirum videbat. Annis autem quibus sedes menses sex diebus vno et viginti. Maxentius vero ubi lucina matronam instituisse ecclesiam dei rerum suarum heredem intellexisset. iratus et mulierem relegauit ad tempus. et Marcellum captum impellere minis conatus est. ut et episcopatu se abdicaret. et christianum nomen deponeret. quem ubi contemnere sua precepta vidit. ad custodienda aialia eum misit ubi nec oroes nec ieiunia pretermisit. parochiasque episcopis gubernabat. a clericis liberatus: iterato in stabulum seu cacabulum. Maxentius iratus eum redigit. ubi cum sede et incommode habitaret. pedore et situ mortuus est. Vacat eius morte romana sedes dies. xx.

Eusebius papa natione grecus. pro medico: pontificatum adiit Constantino et Maxentio impantibus. Constituit ne propheta in iudicium suum episcopum vocare presumat. Is dum in papatu viueret crux domini inuenta est quinto nonas maii. hereticos quoque idem pontifex reconciliauit imposita tantummodo manu: Habita autem semel roma sacrorum ordinum mense decembris. cum presbiteros. xij. diaconos tres. episcopos. xij. creasset: roma moritur. et in cimiterio Calixti via appia sepelitur sexto nonas octobris. Sedit autem annis sex. mense vno: diebus tribus. Licet alij hystorici de annis varie sentiant. Vacat tum sedes diem vnum.

Melciades papa natione apher. Maxentij licinij: maximus temporibus fuit. Vir sane scititate et scientia multum insignis. Qui ut erat grauitate preclarus. Constituit ne quis vnquam aliqua suspitione: aut an vera pbatioz condemnaret. Eius quoque institutum fuit. ne die dominico: neque quinta feria ieiunaret. quia hos dies pagani quasi sacros celebrant. Multa quoque in oblationibus faciendis instituit. quod Manicheorum heresis in urbe roma tum maxime inualesebat. His autem pro actis maximini iussu martyrio coronatur. idem fatum subiere: et petrus Alexandrinus episcopus et Lucianus anthiocenus presbyter romanus. Alijque complures episcopi et sacerdotes. Sepultus est autem Melciades via appia calixti crypta. quarto ydus decembris. Sedit annis quatuor menses septem. diebus. ix. Vacat tum sedes dies xvij.

Linea Būmōꝝ pontificum Marcellinus



Marcellus



Eusebius



Melciades



Constantius et Galerius abdicantibus se ab imperio diocleciano et maximiano usque et Galerius augusti creati sunt: Divisusque est inter eos ita romanus orbis. Nam Galerius illiricum Asia et orientes sortitus est. Constantius vero singulari moderatioe usus. Gallia tantum et hispania contentus fuit. Licet et ei Italia sorte obtraheretur. Constantius enim contentus dignitate augusti Italiae atque Africae administratione sollicitudinem recusavit. Vir egregius et prestantissime civilitatis: divitiis privatus ac privatis haberi. quam intra unum claustrum reservari. Adeo autem cultus modici ut cum feriatis diebus se cum amicis numerosioribus esset epulandum. privatorum et argenteo hostiati petito triclinia sternere. Hic non modo amabilis. sed etiam venerabilis gallicus fuit. precipue quod diocleciani suspectam prudentiam. et Maximiani sanguinariam temeritatem imperio eius evaserat. Fuit autem Constantius hic Claudii secundi ex filia nepos. quem ut Dioclecianus imperator vna cum Galerio sibi affinitate et benivolentia coniungeret Theodoram Maximiani puignam et uxorem dedit. Ex qua postquam sex filios suscepisset eam repudiavit: quam repudiata Helenam anglorum regis filiam captivam uxorem duxit. Constantius cum humanissime gubernasset. Constantio ex Helena suscepto Honoracio in Britannia principatus sui anno tredecimo moritur. Atque in divos summo omnium consensu refertur ob eius mansuetudinem et clementiam.

Galerius vir et probe moratus. et egregius in re militari. Cum Italia quoque sine mente constantio administrationi sue accessisse sentiret. Caesares duos creavit videlicet Maximianum quem orienti praefecit. Et Severum cui Italiae dedit. Ipse illirico comoratus est. Retinuit enim illiricum. quod ea barbaros hostes populi romani iter facituros sentiebat. Maximianus autem herculius spe recuperandi imperii ad spem erectus resumendi fastigii quod inuitus amiserat romam advolavit ex solitudine lucantiae. quam sedem privatus elegerat in agris amenissimis consensescens. Dioclecianus quoque etiam per litteras adhortatus est. ut depositam resumeret potestatem quas ille irritas habuerat. Contra hos motus missus a Galerio Severus romam cum exercitu venit. dum urbem romanam obsidet fraude militum. qui cum Maxentio sentiebant circumvenire: fugiens. de numerum ravennae occidit. Paulum etiam abfuit. quoniam Maximianus pater militum benivolentiam pollicitatoribus et largitione querens a filio Maxentio occideret. Is autem in Gallias ad Constantinum genuerit. profectus. dolo composito tanquam a filio esset expulsus molens autem Constantinum reperta occasione interficere. qui in Gallijs et militum et privatorum iam favore regnabat. Cesis fractis atque alamanis captisque eorum regibus. de tecto per Faustam eius filiam dolo quem res omnem marito aperit: fugiens. ac massilie herculeus profugit. ibique oppellus suorum scelestas penas tandem luit: vel seipsum (ut quidam volunt desperatis rebus) interfecit: a Galerio autem licinius imptor factus mors Galerius comestum secuta est.

Licinius imperator factus est. ex Bacia oriundus a Galerio in partem imperii receptus propter eius in re militari prestantiam: notusque Galerio antiqua consuetudine. Et in bello quod adversus Marcellum gesserat laboribus strenuus et officijs acceptus Constantinus tamen vir ingens principatus totius orbis affectus. Licinio bellum intulit. quoniam necessitudo illi et affinitas cum eo esset. Nam soror eius Constantia nupta Licinio erat. Ac primo eius in panonia. secundo in geti apparatu bellum apud Cibalias instructum repente oppellit. omnique dardania mesia macedonia potius innumerosas provincias occupavit. Varia deinceps inter eos bella et pax reconciliata ruptaque est. postremo licinius navali et terrestri proelio victus apud nicomedia se dedit. et contra religiosum sacramentum Thessalonice procius occisus est. Hic licinius annus domitiani onis fere prope quinquagesimus vite prime sexagesimus occidit. avaricie cupidie omnium pessimus. neque aliena luxu venero. Asper admodum aut mediocriter impaciens. infestus literis quas propter insciam immodicam virus ac pestes publicam nominabat precipue forenses industria. Agaribus plane et rusticatibus. quod ab eo genere ortus alitissimusque erat satis utilis ac milicie custos. ad vetera instituta severissimus. Spadonum et aulicorum omnium vehemens dominator. tineas soricesque pallacij eos appellans.

Maxentius (cum Constantius mortuus Constantinus filius eius in Britannia creatus est imperator. et in locus prius exoptatissimus moderator accessit) Rome augustus nuncupatus est: Rome enim proxiama excitato tumultu Maxentius herculij filius. qui baud procul ab urbe in villa publica morabatur augustus nuncupatus est. Vir sane ferissimus et christianorum acerrimus persecutor. licet tamen amator. inter cetera sue crudelitatis opera magica arte plurimum delectabatur. Quinto tamen Constantinus imperij sui anno bellum adversus Maxentium civile commovit. Copias eius multis proliis fudit ipsum postremo Rome adversus nobiles omnibus exitibus sevientem apud pontem milvium vicit. Italiaque est potius. ut dicitur pro dolore suorum fraudum oblitus pontem ad decipiendum hostes structus decipulis transit. cum magna parte suorum satellitum submergitur.

Linea Imperatorum

Constantius



Galerius



Severus Maximianus



Licinius



Maxentius



Bexta etas mundi

Hij prescripti impatores Cum constantinū videbāt apud omnes magno esse in p̄cio xp̄ianis aliq̄ tēpe parcebant. Maxentius tñ milites clanculū mittebat qui obuiū queq; cederēt. Arte quoq; magica delectatus: graudas maxie vero xp̄ianas funestis sacris adhibitas scidebat infantū causa: quoz cineribus in magia vtebat. ut ostenderet tyrānidē seruari etiā p̄ nephas posse. Simili vesania z crudelitate. Maximianus quoq; in oriēte vtebat. Qui magoz mḡris z malaz arcū doctorib; p̄mia etiā decernebat. augurijs. diuinationib; fidē prestās. Scenoz ceteris in xp̄ianos hec oīa cōtemnētes est habitus. Vetera aut delubra renouari ac more veterū sacra dñs exhiberi iubet. Is vero Maximianus diuina vltione inflatis. subito visceribus. supperatisq; intestinis ita distendit. vt inter se z putridū cadauer nil interesset: scatētibus vndiq; vermib; z tabo serpēte. tanto pedore vt sustineri fetoz nō posset. grauissimis tandē morbis diuicius cruciatus. viuēdi finē tandē fecit. homo seuus ac varius. nūc em̄ in xp̄ianos. nūc p̄ xp̄ianis agebat. hoc volebant eius merita. Cū loco maximiani a Galerio quoq; maximin; in oriēte cōstitutus cesar vir cruentissim; consimili crudelitate ea in regione cōtra xp̄ianos vtebat. p̄pter quā multi enecabant. Unde z multi ex superioribus martiribus coronati martirio fuerūt. Aliquos quoq; q̄ in precedenti p̄secutiōe z nunc seuiente passi sunt subiungemus.

Cristina



Cristina virgo celeberrima sub p̄dicta p̄secutiōe maximiani in Tyro passa ē. Hec nobilissimis orta parētibus. cū pulcherrima esset a pl̄ibus in cōiugiū petere. parētes in turri posuerūt. vt dñs culturā virgo psolueret. A spū aut scō edocta ydola abhorrebat. que cū intellexit. cū minis eā auertere nō posset. Iussit eā expoliari z a duodeci viris cedi. dein in carcerē mitti. z postea vngulis radi z mēbra ei; tenera dirūpi. Cristina aut de carnib; suis accipiēs in vultū patris p̄iecit dicēs. Accipe tyrāne z carnē a te genitā comede. Frat; p̄ eā in rotā imposuit z ignē z oleū supposuit. sed flāma exiliēs mille quigētos occidit q̄ p̄ magicis artibus ascribebat. p̄cepit vt grādi lapide ad collū ei; ligato in mare nocte p̄cipitare. Quā angeli assūmūt z xp̄s eā baptizauit z reducta fuit in terra. Tandē post varia tormēta z mamillaz abscisione. Julian; sagittas i cor ei; duas z vnā in lat; direxit. Sicq; cū palma martyrii ad celū gl̄iosa ascendit. Menna miles

Menna miles egiptius nobilissimis ort; natalib; p̄ bec tpa i Scythia metropoli phrigie salutarie passus est. Nā postq; hic celesti regi in heremo secreta cōuersatiōe studuit militare. ad publicū p̄cedens: se xp̄ianū esse libera voce declarauit. Qd̄ audiēs pyrzh; dux misit eū apprehēdi z suis aspectib; p̄sentari. Cui dixit sacrificia dñs z omnia que p̄ ignoratiā gessisti ignoscenē tibi. q̄ cū obtemperare nollet. eo iubēte tam diu neruis z diris cruciatibus cesus est. donec platee locus sanguine ip̄ius fedaretur. Deinde in eculeo leuat; lapadibus adurit. Deinde deposit; ligatis manib; z pedibus p̄ sudēs ferreas trahi p̄cepit. Qui oibus in rebus z cruciatib; vsq; ad finē in laude z p̄fessione oipotētis dei immobilis pmāsit. Veniq; data sentētia gladio aniaduerti iussus fuit. Cui; corpus cū igni traditū fuisset e medio a xp̄ianis furti ereptū mūdīs lintheamib; debita veneratione in cimiterio. s. ydus nouēbris cōditus est. Postea in cōstātinopoli translātū digno honore veneratū fuit.



Victor

Julianus



Julianus quidā genere antiochēsis. vir xp̄ianissimus. Apud romanā urbē in hac p̄secutiōe p̄fata crudelissime passus est. cū Basilissa virgine hoz duoz mire legunt; passiones. cū quib; fuit venerabilis multitudo sacerdotū. et ministroz eccle xp̄i. q̄ p̄pter imanitatem p̄secutiōis ad eos cōfugerat: cōcremata est. Post quos etiā Antoni; p̄sbiter et Anastasius z celsus puer vna cū matre z ali; cōplurimi qui oēs. s. ydus ianuarij mortē ptulere.

Saturninus



Victor mediolanēsis cuius a p̄mēua etate xp̄ianus his temporib; cū in castris Maximini augusti milicie d̄seruiret. ad ip̄m tanq; xp̄ianus p̄ducit. Et cū compelleret; ydolis imolare. cōstanti aio recusauit. p̄pter qd̄ grauitere cedi iussus est: Et cū deo p̄tegente doloris expers efficeret. pl̄bo buliēti pfundit. et cuz nil etiā ex hoc penit; ledere; iubente Maximiano octauo yd; may capite cesus est.



Susanna

Saturninusq; p̄sbyter z Sisinius diacon; rome cōp̄bensī in carcere diu marcerant. Inde; exhibiti ob cristi confessionē a p̄fecto vrbis in eculeo leuant;. z ibides; neruis attractant; ac fustibus scorpiōibusq; grauissime cedunt. nouissime cū adhuc supuiuerēt gladio trūcati sunt. Quoz corpa vta salaria sepulta fuerunt.

Susanna virgo sanctissima natione dalmatea nobilissimis orta natalibus. Cayq; pape neptis sub hac p̄secutiōe Rome. s. ydus augusti capitis ob truncatione martirium compleuit.



Catherina



Catherina p̄clarissima v̄go egyptiaca bis t̄pib⁹ floruisse ⁊ martyriū ptulit. **A**se ei⁹ tradit historia: post imperium diocleciani sub maxentio filio maximiani herculij. hec sc̄tissima virgo generoso sanguine orta. cui⁹ pater noie costus in v̄be alexandria rex fuit. a quo ⁊ si i iuuenili etate p̄re rege a quo magnū p̄monitū accepit orbata fuit: nō t̄n inter diuiciarū delicias ocio ⁊ molliciei feminee dedita sed tanta rez peritaz sc̄ia predita legi⁹ vt mirabile visum sit in tam tenera etate qd̄ certamen disputationis suscepit. hec diuinitissima virgo ab heremita de x̄po edocta ac sp̄osa ei⁹ affecta in paterna domo apud alexandriā existens seruēte ad huc diocleciani p̄secutione ⁊ maxentio cesare ibidē existente cū quosdā xp̄ianos uolentes metu mortis p̄sperisset: ad p̄phana sacrificia impelli. etatis q̄s. xvij. ānoꝝ ad p̄spectū maxencij audēter accessit. arguēs eū de vana cultura deoz ⁊ eū de crudelitate duri⁹ increpauit. **I**ussit eā ad pallatiū duci ⁊ oī diligētia custodiri. **E**xpleto sacrificio post longā cōcertationē cū de ei⁹ eloquētia ac sapia miraret. quiquaginta p̄hos vocauit qui ab eo victi ⁊ in fide cōfirmati eos oratores cōburi precepit. **I**ussitq; eā in obscurū carcerē recludi p̄ dies duodecim fame cruciari. **C**ui angelus dñi apparēs ait. **C**ōstāter age grata deo puella: qz tecū est dñs: p̄ te multi cōuersi ad xp̄m cū palma martyrij introibūt. porphiriū deinde maxencij necessariū cū ducētis militib⁹ ac ipsi⁹ cesaris vxore atq; alios v̄triusq; sexus doctrinis iugo xp̄i subdidit: ⁊ ad celestia regna p̄ martyriū p̄misit. **I**nde rotaz gladijs attonita: tēpestas subito p̄fregit: ac plures lesit. **T**andē obtruncatione capitis martyrij coronā adeptā est. in loco passionis orauit vt oēs auxiliū sentiāt q̄ mēoriā passionis ei⁹ fecerunt. **R**ecollata lac e corpe eius emanauit. **C**uius quidē sanctissimū corpus angeli rapiētes ad montē synai distantē p̄. xx. dietas detulerunt: diuinis obsequijs honorifice sepelierunt. **P**assa circa annos dñi. ccc. cuius natale celebrat. 8. kal. decembris.

Sophronia quoq; a maxentio sepius de stupro appellata: cum diuinitus vitare periculum non posset: seipsam interfecit. **L**ucretiam imitata.

Arnobij ⁊ alij

Arnobius african⁹ clarissim⁹ p̄hs ⁊ orator disertissim⁹ **L**actantiū firmiani p̄ceptor his t̄pibus (lz valde senex) etiā in precio magno habitus fuit qui cū apud affricā rhetoricā florētissime docuisset etiā aduersus gentes cōplurima edidit volumina. **L**ucianus quoq; eloquētissim⁹ vir ⁊ nicomediensis ecclie p̄sbyter p̄ hoc temp⁹ cū nōnullos breues de fide edidisset libellos: ⁊ ad diuersos epl̄as multas. ac etiā in sacraz l̄raruz studio multū laborasset in belinopoli bythiniē v̄be. p̄ x̄po martyriū cōstanti ptulit aīo. **J**acobus item cognomēto sap̄ piēs nisibine persarū v̄bis ep̄s: multa p̄ hec t̄pa composuit. que vigintisex voluminibus comprehendunt videlz de fide cōtra hereticos: de gentiū p̄uersione de regno persarū ⁊ de p̄secutione xp̄ianoz. **O**biit deniq; (hieronymo teste) cōstantij principis tandem temporibus.



Lactantius



Lactantiū insup firmianū p̄hm ⁊ oratorē eminētissimū arnobij predicti p̄bi discipulū hūsdē t̄pibus floruisse ⁊ magni p̄cij ⁊ noīs fuisse cōstat: eo qz cū nichomēdie rhetoricā doceret: a diocletiano augusto p̄pter virtutes ac sc̄ie magnitudinē vocat⁹ cur flauio grāmatico romā deuenit: vbi cū p̄ aliqd̄ tēpus docuisset tandē ob discipuloꝝ penuriā in extremā paupertatē deuenit. **Q**uāobzē ad scribēdū ⁊ cōponēdū libros se cōtulit. in qua qdē re etiā multū valuit. **I**psē em̄ secūsus post ciceronis t̄pa ea in disciplina habebat. **D**emū in extrema senectute p̄stitut⁹ cesaris cr̄spi filij cōstantini p̄ceptor i gallia datus est. **P**erfecit autē opa de diuinis institutionib⁹ aduersus gentes. **D**e ira dei ⁊ formatione hoīs. ad demetriū auditorē suū. ad probum epl̄is. ad asclepiad. de p̄secutione. **S**imposiū dū esset adolescēs. etiā ode pericū de affrica vsq; nicomēdiā exametris versib⁹ ⁊ alia laude digna.

Eusebius ep̄s

Eusebi⁹ cesaree palestine ep̄s q̄ ob p̄phili martyrii amicitia p̄mphili nomē accepit. eo qz cū eo dē p̄mphilo diuine bibliothecae inuestigator diligētissim⁹ extiterit: vir quidem memoratu dignissim⁹ p̄ hec t̄pa tuz multaz rerum pericia tuz ingenio mirabili ⁊ apud gentes ⁊ apud xp̄ianos inter p̄hos p̄cipuus ⁊ nobilissim⁹ habitus est. hic cū aliqn̄ arriana heresi laborasset ad nicenā synodū accedēs sp̄sancto inspirat⁹ patruz sn̄iam secut⁹ est. ac deinceps vsq; ad mortē sanctissime cuz orthodoxa fide vixit. fuit autē i diuinis scripturis studiosissim⁹. ac bibliothecae diuine cuz p̄philo martyre diligētissim⁹ inuestigator. multa eisdē t̄pibus scripsit: maxie vero libros euāgelice p̄paratiōis: eccl̄iastice historie i porphiriū xp̄ianoz hostē acerrimū. **A**pologias item sex. p̄ origine cōposuit. **D**e vita p̄mphili martyrii a quo ob amorē cognomentuz accepit libros tres. **I**tes cōmentarios eruditissimos in centuz ⁊ q̄nq; ginta psalmos. **P**reterea vt legi⁹ oīm p̄nunciarū cuz multos setoz martyruz passionē ⁊ cōfessorū vitā ac virginum cognouisset. viginti libros de eisdem sanctis scriptauit. hoc ideo: ⁊ p̄cipue euāgelicā preparationem. cum apud gentes p̄cipuus haberetur paternā deozum religionem ob veritatis amorē cōtempnit. **S**cripsit quoq; cronicoz historia a primo anno abrahe vsq; ad annum dñi. ccc. quam diuus hieronymus p̄secutus est. **F**uit deniq; eusebius hic post conuersionē cōstāntini magni eidem quoad vixit multa benignolentia coniunctus.



Bexta etas mūdi

¶ Anno mundi. 5513.

¶ Anno christi. 314.

Silvester papa natione romanus patre ruffino post melciadē pontificē cō-
stātini tēpib⁹ fuit. anno ab vrbe cōdita millesimo nonagesimoprīmo vir
vitiq; diuin⁹: aspectu scz angelicus: sermone nitidus: corpe decorus. ope sanct⁹
psilio magnus et maturus fide catholicus: spe patiētissim⁹ ac oīm caritate dif-
fus. Cui tantā dñs cōtulit grām vt nō modo a xpianis: verū et a gentilibus
mūro coleret affectu. Hic nāq; baptizato constantino et plurib⁹ donatus ac eccle-
sijs pace reddita: multa ad cultū diuinū spectātia constituit. primo vt chrisma
ab epō tm cōsecraret. vt epī baptizatū signaret. ppter hereticā sua sionē. vt ba-
ptizatū chrisimate liniat psbyter occasione mortis. addit p̄terea. laicus clericū
in iudiciū ne vocet. Clericus causas i curia ne agat. nec an iudicē secularē cau-
sam dicat. Presbyter celebraturus neq; serico neq; panno tincto utat: s̄ lineo
equidē albo. Sic i albis celebrandū esse dicebat queadmodū i linea syndone
et alba xpī corp⁹ sepultū fuit. Grad⁹ q̄s in ordinib⁹ ecclīasticis p̄stituit vt vnus
quisq; vno tm ordine p̄tentus sit. et vnus solū vxoris vir. Hic aut sanctissim⁹
pōtifex cū floruerit miraculis inter cetera sua memorāda fert romanā urbem
a draconis pestilentia liberasse. Demū vbi ex sacris ordinibus septies mense
decembri habitis presbyteros duos et xl. diaconos sex et xxx. epōs quinq; et
lx. creasset. morit⁹ ac sepelit⁹ in cimiterio priscille via fallaria tercio ab vrbe mi-
liario pridie kal. Januarij. Sedit aut annos tres et xx. mēses decem. dies vn-
decim. Vacat tum sedes dies. xv.

¶ Anno mundi. 5535.

¶ Anno christi. 334.

Marcus papa natione romanus patre prisco post silvestrū cōstātini tēpib⁹
fuit: vir bon⁹ et xpiane religionis amator qui pōtificatu suscepto ad cu-
rā xpiane religionis couersus instituit vt ep̄s hostiensis a quo roman⁹ cōse-
cratur pallio uteret. voluit p̄terea dieb⁹ solēnib⁹ statim post euāgelium simbolū a
clero et populo magna voce decantari. et eo modo quo fuerat in niceno cōcilio
declaratū. Quas itē ecclesias rome cōdidit vnā via ardeatina in qua et sepult⁹
est. Alterā i vrbe roma ad palatinas q̄s qdē cōstātini mūerib⁹ exornauit et auxit
Is posteaq; ex sacris ordinib⁹ bis mēse decembri habitis diaconos psbros et
epōs creasset. morit⁹ ac sepelit⁹ in cimiterio balbina via ardeatina: tercio nōs
octob. sedit aut annis duob⁹: mētib⁹ octo: dieb⁹. xx. Vacat tuz sedes dies. xx.

¶ Anno mundi. 5535.

¶ Anno christi. 336.

Julius papa natione roman⁹ patre rustico tēpib⁹ cōstātini fuit mirande sc̄ti-
tatis vir et doctrine. Is arriana inualescēte pfidta: multis incōmodis ve-
rat⁹ a cōstante cōstātini filio exilio dānatus. In tanta aut reruz p̄turbatione
tandē post menses decē romā ab exilio redijt nec destitit oriētales epōs repre-
hendere maxime vō arrianos q̄ in iussu romani pontificis anthiochie cōciliū
indixerāt: cū id sine eius auctoritate fieri nō posset. Onussis his cōtentiomb⁹
duas basilicas edificauit vnā iuxta forō romanū. aliā in transiberina regione
Tria item cimiteria extruxit: vnū via flāminea: aliud via aurelia: tertium via
portuēsi. Cōstituit p̄terea ne sacerdos alibi q̄ apud iudicē ecclīasticū diceret:
Voluit itē vt qui iudicē haberet suspectū romanā sedē posset appellare. et vt
oīa ad ecclīam p̄tinētia p̄ notariū aut p̄ primiceriū notariorū p̄scriberent. hos
hodie (vt arbitroz) p̄thonotarios vocam⁹. Julij vō cū ex sacris ordinib⁹ ter-
mēse decembri i vrbe habitis psbros. xvij. diaconos tres: epōs nouē creasset.
morit⁹ ac sepelit⁹ via aurelia in cimiterio calopodij ab vrbe roma miliario ter-
cio. pridie ydus augusti. Sedit annos. xv. menses duos: dies sex. Vacat tuz
sedes dies quinq; et viginti.

¶ Anno mundi. 5543.

¶ Anno xpī. 344.

Liberius papa natione roman⁹: patre augusto cōstāntij et cōstātis tēpib⁹
fuit. hui⁹ tēpē cōcilio apud mediolanū habito oēs qui athanasio fauebāt
in exiliū pellunt. P̄terea vō cū in synodo ariminēsi oriētales sacerdotes cal-
lidi hoīes et acuti occidentales simplices et imperitos argumentis ac fallacijs
cōuincerent quā disputationē p̄mittim⁹ xp̄m em̄ cū p̄re homouision esse ne-
gabāt. hoc aut qz primū liberij pōtifex aperte impugnabat qd̄q; etiā athana-
siū iubente imperatore damnare volebat: in exiliū ab arrianis pellit. atq; ita
tri enio ab vrbe abfuit. At vō sacerdotes congregata synodo in liberij locum
felice psbyterū virū optimū pontificē crearūt. qui statim octo et xl. epōz cōue-
tu duos psbteros vsaciū et valentē ab ecclīa sepeparunt. Inde rogatu et p̄re-
cibus eorūdem constantius liberij ab exilio reuocat et pulso felice liberij introduxit. Pōtifex aut tamen-
cū arrianis sentiebat ecclesias dei. q̄ diligenter exornauit maxime sepulchrū sancti agnetis: et basilicā quas
de noīe suo fecit apud macellū lidie. Deniq; cū sacros ordines bis celebrasset rome morit⁹ ac sepelit⁹ via sa-
laria i cimiterio priscille. ix. kal. maij: Sedit ānos sex: fm alios. xvj. men. iij. dies. 4. vacat sedes dies sex

Linea summorū pontificum

Silvester



Marcus



Julius



Liberius



Constantin⁹ magnus. ex obscuriori mrimonio fili⁹ Cōstancij augusti in Brittānia creat⁹ est impator. Cū res publica a quattuor impatoribus tenebat: cōstātino. Maxētio filijs augustoz. Licinio et maximiano nouis hoib⁹. Cōstātino tñ vir ingens: et oia efficere nitēs: que aīo pparasset. sūl principatū toti⁹ orbis affectās. ceteros vt pmissus est vicit. Vir p̄rio imperij tepore optimis p̄cipibus: vltimo medijs coparādus: innumere in eo anī corpūsq; virtutes claruerūt. militaris glie appetētissim⁹: fortia i bellis. p̄spera fuit. Mā etiā Gothos post ciuile bellū varie p̄ligauit. Ciuilib⁹ artibus et liberalib⁹ studijs dedit⁹: affectator iusticie et amoris. Anno igif ab vrbe cōdita millesimo nonagesimo p̄rio. dñi vero āno. ccc xxxix. sub hoc p̄cipe xp̄iani a tyrannis ante opp̄si nō nihil respirare icipiūt. Pacē em̄ petētib⁹ libeter dedit. liberalitate et grā oīm sibi beniuolētā compabat: multas leges rogauit. quas dā ex equo et bono supfluas abscidit. seueras niuū emēdauit. Urbē in Bizantijs ruinis de noie suo cōdens: eā rome magnitudine edificioz: parē facere conat⁹: secundā romā vocauit De qua in sequēti folio patebit. vt etiā littere sub equestri ei⁹ statua indicabant Is igif tant⁹ p̄iceps oia circūspiciēs vbi honestate xp̄iane religiōis intellexit. Eā ita cōplex⁹ est vt itur⁹ ad bellū: nō alio q̄ crucis signo vteret: qd sereno celo dus in maxentiū tyrānū copias mouet: et viderat et adorauerat. Astatesq; angelos audierat dicētes. Cōstantine: qd etiā fecit et tyrannos oēs a ceruicib⁹ populi ro. xp̄inozq; oīm depulit. Tantū itaq; principes ac tam humanū nactus siluester: relicto Soracte monte: quo a tyrannis seuentibus relegatus fuerat (vel vt quidā volūt) secesserat romā veniēs: Cōstātinus erga xp̄ianos bene animatū: promptiorē ad optime de eccia dei p̄merendū reddidit. Naz et pōtificib⁹ diadema aureū distincū gēmis cōcedebat. Qd quidem Siluester aspernat⁹ tanq; religiose capiti mīme cōueniēs: phrygia mitra et candida tantūmodo ptent⁹ fuit. A siluestro autē vna cū Crispo filio baptizat. q̄q; aliqui false dicāt eū vsq; ad iordanē distulisse. Bellum tandē aduersus parthos molies qui ias Mesopotamiā fatigabant. vno et trigesimo imperij sui anno: etatis vero sexto et sexagesimo apud Nicomediam in villa publica obiit. Venūcia ta mors ei⁹ etiā p crinitā stellā que inusitate magnitudinis aliquādiu fullit. Eā greci cometam vocant. Atq; inter diuos meruit referri.

Constanti⁹ post morte Cōstantini magni p̄ris cū cōstantino et cōstante fratribus imperiū adept⁹: eoq; tpe res romana sub vno Augusto et trib⁹ cesaribus. qd nūq; als fuit. Is ergo successores filios tres reliquit. atq; vnū fris filium: Vex dalmatic⁹ cesar p̄sprā indole neq; patruo ab similib; q̄ haud multo post facinore militari opprimif. Sinēte poci⁹ Cōstantō patrueli suo quā iubēte Cōstantinū porro bellū fratri inferentē: et apud aquilegiā inconsulti⁹ plium aggressus. Cōstancij duces interemerūt. ita res publica ad duos redacta est.

Constanti⁹ impius aggressus qd aliquādiu strēnuū et iustus fuit. Mox cuz et valitudine improspa et amicis p̄uiozib⁹ vteret: ad graua vicia p̄uersus Cū intollerabilis puicialibus: militibus inuocūdus cēt. faciōe Maxencij occisus est. Obiit haud longe ab hispania in castro cui belene nomē fuit. Anno imperij septio decimo: etat⁹ trigesimo. Diuersa cōstancij fortuna fuit. A persis em̄ multa et graua p̄pessus: sepe captis opidis. obsessis vrbibus: cesis exercitibus nullū ei cōtra Saporē regē perlat. p̄sper bellum fuit. nisi qd apud Singarum haud dubiā victoriā ferocia milituz amisit. Post constantis necē Maxentio italiā affricaz gallias obtinente: etiā illiricuz nouas res habuit. Aetrauione ad impium cōsensu militum electo: quē grandēuū iam et cunctis amabilem diuturnitate et felicitate milicie ad tuēdum Illiricum principē creauerit. virum p̄bum et mox veterē et iocunde ciuilitatis. Sed a cōstātino qui ad vltionē fraterne necis belluz ciuile cōmouerat abrogatū est Aetrauioni imperiū. Rome quoq; tu multus fuit Nepociano cōstātini sorozis fili⁹ p gladiatorum manus imperiuz vindicante: qui seuis exordijs dignum exitum nactus est. Vigesimo enim atq; octauo die a Maxentianis ducibus oppressus penas dedit. nō multo post apd mursam maxentius p̄ligatus est. Oriēti mox cesar est datus gallus: maxentiusq; diuersis plijs victus vim vite sue apud lugdunū attulit imperij anno tercio mēse septimo. Deinde in ciuilibus gestis gallus cesar occisus est vir nā ferox et ad tyrānidē p̄rior si suo iure impare licuisset. Siluanus qz i gallia res nouas molitus an diē trigesimū et ipse extinctus est. Solus i impio romano cōstātius augustus fuit. Mox iulia/ nū cesarē ad gallias misit patruelē suum galli fratē qui ex constantio patris cōstātini fratre natus erat tradita in mrimoniū soroze. cū multa oppida barbari expugnassent qui breui et galloz et germanoz mot⁹ virtute sua compescuit. Constantius inde partibus bellis occupat⁹ in itinere obiit inter ciliciā capadociāq; anno imperij octauo et trigesimo etatis quinto et quadragesimo vir egregie trāquillitatis placidus nūm⁹ et amicis et familiaribus credens.

Linea Impe
ratorū
Constantinus
magnus



Constantius



Constantinus



Constans



Bexta etas mūdi

Constātinopolis imperialis ac famosissima ciuitas: olim bizantiū (vt supra scriptū est) appellata. 2
 cū admodū parua esset: eā postmodū constātinopolim noiarūt. Constātin⁹ em̄ impator cognomi-
 ne magn⁹: dum statuisset imperij sedē ex vrbe roma in orientē trāssere: quo facili⁹ partioꝝ excu-
 rationes cōpesceret. Tradūt aliqui auctores in troadē pfectū: ibi regie vrbis fundamēta tecisse: vbi quon-
 dam agamenon: ceteriq; grecoꝝ principes aduersus priamū fixere tentoria. Sed admonitū in somnis a
 xpo saluatore locū aliū designāte: ceptū opus (cui⁹ diu mansere vestigia) infectū reliquisse. atq; in traciā na-
 uigantē bizantiū petiuisse. Cūq; sibi locū diuinitus ostensum dixisse: mox vrbem ampliāsse: noua menia
 erexisse: sublimes excitasse tures magnificētissimis tuz priuatis: tuz publicis operib⁹ exornasse. Tātūq;
 illi decoris adiecisse: vt altera roma nō imerito dici posset. Scriptores vetusti qui florentē videre: deozum
 poti⁹ in terris habitaculū q̄ impatoris putauere. Nomē vrbi nouā romā impator indidit: sed vicit obsti-
 natio vulgi: vt a cōditore poti⁹ Constātinopolis vocicaret. Quā ei⁹ successores impatores passim tuz pu-
 blicis edib⁹: tuz priuatis ciuū pallacijs 2 quidē supbissimis exornare curarūt. Et adeo vt exteri eo veniē-
 tes vrbis splēdore admirati: nō tam mortaliū q̄ celestū eā domiciliū dixerint. Erant muri vrbis 2 altitu-
 dine 2 crassitudine toto orbe celebres. antemuralia vero opportune cōmunita. Triangularē pene vrbis
 formā fuisse tradūt. Duas partes alluit mare. nec muri desunt: ad ppulsandos nautales impetus idonei
 qd̄ reliquū est ad terras vergens: post alta menia 2 antemuralia. ingēti claudif fossa. Habetq; hec ciuitas
 vndecim portas: dignitatē ipsi⁹ pre se ferētes. quarū noīa hec sunt: aurea: pagea: sancti romani: carthasea
 regia: caligaria: xilina: hacmagona: phara: theodosia: 2 sylaca. Extāt in ea preter cetera magnificētissima
 edificia templū Sophie iustiniani cesaris opus: toto orbe memorabile nougētis quondā sacerdotib⁹ ce-
 lebratū: mirabili ope: p̄ciosa materia cōstructū. Ea deniq; vrbs tanto splēdore insignita fuit vt toti⁹ orien-
 tis columen: 2 vnicū docte grece domiciliū habita fuerit. vbi tria magna cōcilia celebrata fuerūt: videlicet
 sub theodosio seniore: sub agathone papa: 2 sub iustiano principe. Eam cū thurci ppter ei⁹ dignitatem
 diu exosam habuissent. Anno salutis nr̄e. 1093. a belsete quodā eoz principe: cū ingenti thurcoꝝ manu
 obsessam: deinde capta fuit. Inde galli cū venetis p̄ quinq; 2 quinquaginta annos possidere. postea palea
 logoꝝ clarissima familia genuēsū ope a gallis ademit vsq; in annu. 1453. glorioissime possedit. quo an-
¶ Constantinopolis



no Machometes Ottomānus thurcoꝝ impator eā cepit diripuitq;. Sic nobilissima vrbs in manꝝ infide-
 lū venit. Ab eiꝝ cōditione. Mccc. vl. circa. Tātoq; tpe paulo pluri senioꝝ roma steterat. qñ pmo a gothis
 capta est Athalaricꝝ em̄ anno ab vrbe cōdita. Mclxiij. romā irrupit. at hic ne basilice sc̄toꝝ effringeret edi-
 xit. Rabies aut thurcoꝝ nil sanctū: nil mūdū: i vrbe regia reliq;. sacratissima eiꝝ tēpla machometee spurcie
 dēdicarūt. Legimꝝ thebanoz res gestas: lacedemonioꝝ ⁊ atheniēsiū illustria facta: fuit corinthioꝝ nō cōtē
 nēda respública. clare oli micene: larissa potēs: pluresq; mēozabiles vrbes quoz si nūc rēgras muros: nec
 ruinas iuenias. Nemo solū in q̄ iacuerint queat ostēdere: sola ex tāta ruina vetustatis cōstātinopolis supā
 bat: q̄ tñ mirabiliū opez: tñ armoz: tñ l̄rarū: tñ glorie habuit: vt oīm ciuitatū damna: hec vrbs sola re-
 cōpēsare videret. Et licet post diuisus imperiū siue trāslatū ad frācos sepe cōstātinopolis i manꝝ hostiū ve-
 nerit: nūc tñ basilice sanctoz destructe: neq; bibliotece cōbuste: neq; despoliata penitꝝ monasteria. Itaq;
 māsit vsq; i hūc annū vetuste sapie apud cōstātinopolis monumētū. Nemo latinoꝝ satis videri doctꝝ pote-
 rat: nisi p tempꝝ cōstātinopoli studuisset. Inde nobis plato reddiꝝ. inde aristotelis: demostenis: xenophō-
 tis: thucididis: basilij: dionysij: origenis: ⁊ alioꝝ multa latinis opa (diebꝝ n̄ris) manifestata sunt. Nūc sub
 thurcoꝝ impio secꝝ eueniet: seuissimoz hoīm: bonoz moꝝ atq; litteraz hostiū. Nūc tñ ⁊ homero ⁊ pindaro
 menādro ⁊ oībꝝ illustriozibꝝ poetis secūda mors erit. Nūc grecoꝝ pboꝝ vltimꝝ patebit interitꝝ. Innume-
 rabiles em̄ ex hac celeberrima vrbe in oī scia atq; virtute pclarissimi exiere viri: inter quos cognomēto io-
 hānes crisostomꝝ ipsiꝝ vrbis eps. Atticus eps cuiꝝ de virginitate liber extat. gennadiꝝ: cassianꝝ ⁊c. Et no-
 uissime emanuel crisoloras q̄ grecas l̄ras tpe cōstātiēsis sc̄lij in italiā cū ingenti vtilitate retulit. Precisus
 est aut nūc fluuiꝝ oīm doctrinarū. musarū desiccatus fons. Fateoz multis locis apud latinos studia l̄rarū
 esse illustria. vt rome: parisijs: bononie: padue: senis: perusij: colonie: vienne: salamāticę: oronie: papie:
 liptzk: ertfordie. Sed riuuli sunt oēs isti ex grecoꝝ fontibꝝ deriuati. A fonte precide riuū: p̄cisus arefcit.
 Nihil aut sub luna ppetuū. Quomodo aut impator thurcoꝝ machometꝝ aio voluerat vrbe in medio thur-
 coꝝ esse sitam: que suo imperio nō pareret: suoq; nomini decus maiꝝ accedere posset: si eā vrbem expugna-
 ret: machinas bellicas admouit. ⁊ insultū magna vi in eā fecit atq; tandē expugnauit: vt hec ciuitas in po-
 testatē venerat infidelīū spurcissimoz thurcoꝝ hoc infelici anno ⁊ vtriusq; sexus persone cum imperatore
 paleogolo neci dediti fuerant. sub friderico tercio impatore oīa clarescent.



Berta etas mundi

Sancta Helena



Helena mater constantini augusti femina incomparabili fide religione animi ac magnificentia singulari p̄cipua: quā quidē angloꝝ regis filiā licet captivā alij vt ambrosi⁹ stabulariā ⁊ humilē a p̄cipio fuisse dicūt . hec quippe baptizato filio cū vidisset pdigia a b̄to siluestro in filiū ⁊ ̄ iudeos declarata: magnitudine animi mota ⁊ visis nocturnis: hierosolymā petijt: vt lignū crucis pquiret . Difficile id quidā erat : qz ab antiq̄s p̄secutorib⁹ eo loci simulachrū veneris collocatū fuerat: vt xp̄iani venerē saluatoris loco adorarēt . At mulier religione p̄ta vbi locū ip̄m ruderib⁹ purgasset: tres cōfuso ordine cruces repit in vna inscriptio illa legabat trib⁹ linguis ihs nazaren⁹ rex iudeoꝝ . Astabat aut machari⁹ illi⁹ vrbis tum ep̄s qui vnā ex his manib⁹ cū religione retinēs: verā esse dicebat . At tertia mulieri mortue admota eidē vitā restituit . Crux igit̄ dñi inuēta est quinto nōs maij . ⁊ ab helena exornata: ⁊ i magna veneratione habita . Baptizat ⁊ iudas crucis inuētoꝝ quē postea mutato noie Cyriacū vocarūt . Helena deinde edificato eo in loco tēplo vbi crucē reppererat . Abiēs clauos quib⁹ xp̄i corp⁹ cruci affixū fuerat secū ad filiū portat . boꝝ ille vnū in frenos equi trāstulit: q̄bus in p̄lio vteret . Constantin⁹ quoq; motus edicto vetuit: ne deinceps quispiā tali supplicio vteret . Constantinus aut̄ magnus augende xp̄iane religionis cupidus basilicā cōstātinā quā lateranēsem vocāt edificauit . Et rogatu siluestri petro basilicā in vaticano: ⁊ pauli in via hostiensis extruxit . Edificat ⁊ iussu impatoris in arrio sessoriano basilica sub titulo sancte crucis in hierusalē vbi sancte crucis p̄tē aliquā reposuit inuentā ab helena matre . que demū de deo deq; hoib⁹ bene merita rome diē obiit . xv . kal . septēbris .

Arrius hereticus



